



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

31. In eodem Festo, tripartita. Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Magnificat anima mea Dominum Luc. 1.

Lect. 40. triplicita.

in Chreuchione, quam in Passione? Si fructus arboris vetnae adeo speciosus erat & delectabilis mortis fructus; quanto magis fructus hic vitalis sapiens Angelorum & Electorum oculis rutilo suo colore? Novo enim jugiter desiderio in eum desiderant prospicere. Vis etiam scire quomodo benedictus sit in odore? Odorem suae volentem spargit his qui longe, illumque mirè adauget his qui propè. Eius fragrantiam sentiebat à longè Isaac, pronuncians propheticè: *Eccè odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Nondum speciem flos ille agri inuenerat, & jam dabat odorem suum, quem se pra gaudio exclamans praesens spiritus, corpore marcens, sanctus & senex Patriarcha, caligans visu, odoratu sagax, inquit S. Bernardus serm. 47. in Cant. Illius etiam odorem praesentiebat à longè alter Propheta illoque exhilaratus dicebat: Ego autem gaudebo in Deo iesu meo. Mox verò ortus iste fructus ita longè lateque odorem fudit, ut totum implet orbem, nani & Reges à remotissimis partibus ad se odorandum adorandumque pellexit. Et sicut fructus manu tactus pressitque magis redoleret, ita hic fructus decerpis ex arbore crucis, lancea punctus, varaeque pressus, majorem afflavit toto orbi odorem, fragrantia sua in yriades ad se trahens, & in sui amorem sapiens, inò odore mortuis vitam afflans. Denique, vis scire quomodo benedictus sit in sapore? Scito, non esse similem fructibus illis, qui circa Sodomam oriuntur, suntque speciosissimi, sed si gustes, cinerem sentis & foetorem. Etenim de hoc fructu scriptum est: *Qui edunt me, aibuc esuriunt. Nihil gustatur suavius quam Iesus Dei & Mariae Filius. Eloquentium elca est sua vis palato sano: gustatus novum excitat appetitum, & ore in delectat, imperciens omnem laporem suavitatis. Experientur illi, qui avidè illum comedunt sub umbra Sacramenti, & dicunt: Fructus ejus dulcis gusturi meo. Benedictus ergo fructus, pios sciens in tempore peregrinationis, electos in die aeternitatis; quia in ejus gultu consistit solatium peregrinantium, in ejus visione & fruitione beatitudo electorum,**

Gen. 27.

Abac. 3.

Eccl. 24.

Cant. 2.

Conclusio.

MARIA, Arca sanctificationis. Mater divinae gratiae, digneris nos visitare cum Filio, ut mandemur à peccato, ut sanctificemur coelestis gratiae dono, ut repleamur Spiritu S. Nos cum prole pia benedicas Virgo Maria, ut te & Prolem tuam cum Elizabetha benedicere valeamus, illiusque ac tuas laudes decantare, quia in Matrem elegit te suam, ac in Medianicem nostram, Benedictus uterius, benedicta ubera tua, qua lactaverunt aeterni Patris Filium. Benedicta in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Misericordes oculos ad nos converte, & fructum illum benedictum nobis post hoc exilium ostende, O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria!

Mans silentii erat MARIA, quia illud virginalem decet modestiam, Quapropter de ea te statur Evangelista, quod cum mysteria multa vel audiret, vel contempletur coram oculis suis peracta: *Conferuabat omnia verba haec confrens in corde suo.* Pudica Virgo non evulgabat, sed conferebat quae facienda legerat, cum his quae facta congruum quo Deus ea vulgari vellet. Dum in Nativitate Angeli canunt, Pastores annunciant, cœli loquantur, stella prædicat, Simeon & Anna prophetant, & loquuntur omnibus qui expectabant redemptionem Israël, MARIA in silentio conferuabat omnia verba haec confrens in corde suo. Deique magna hono rabat magis silentio, quam loquela. Hanc MARIAE modestiam, pudicumque com humilitate silentium, commendans S. Bernardus, advertit quater tantum loquentem toto Evangelio exhiberi: semel cum Angelo Incarnationem Filii Dei nunciante, & consensum expente; iterum cum Elizabetha eam magnificis verbis salutante; rursum cum Filio recens invento in templi adytis, materno affectu ad id urgente; denique in nuptiis, necessitate conjugium id expolente. Et quidem paucis ubique verbis suam ostendit sapientiam. Nam cum Angelo dixisset: *Quomodo fiet istud? Ino timens virginis voto, Angelusque expulisset modum, respondet paucis: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Cum autem reperisset Filium tanto affectu requisitum, non aliud dicit: *Fili, quid fecisti nobis? Ego & Pater tuus dolentes quarebamus te.* In nuptiis autem tria verba dicit Filio: *Vinum non habent.* Tria quoque ministeris: *Quodcumque dixerit facite.*

At hic verò, quasi abrupto silentio, decem verba mysterii & sapientiae plenissima velut Platerium decachordum enunciauit, in laudes Dei erumpens. Exarsit ignis in corde ejus, ignis lucidissimus & ardentissimus divini amoris, & has scintillas foris excitavit. Eructavit cor ipsius verbum bonum, unde dicando se & opera sua Regi, facta est lingua ejus quasi *calamus Scribae velociter scribentis.* Et quidem singula verba à Spiritu Sancto cor & linguam Mariae motitante dictata scripsit, Lucas, ab eodem Spiritu specialiter edoctus, & posteritati consignavit in finem ulque sæculi decantanda. Ea propter Ecclesia hoc canticum quotidie in divino officio vespertino repetit, quod in vespere mundi MARIA cecinit; idque stando facit, ob ejus eminentiam. Nam in eo non solum redduntur gratiae ob beneficia MARIAE collata, sed etiam ob beneficia totum humano generi exhibita per incarnationem Filii Dei: per quam maxime suscepit Israel perierat suum, hoc est populum suum fidem, indi-

Para I. Der. p. 10. Cant. 1. M. V. Luc. 2.

Magi. 1. levis. 1. M. V. Quater locuta in Evangelio.

1. 44.

viso & divino fœdere illum adstringens, & ad se reducens, recordatus misericordiae suae. Cantet quantum voluerit. Deborum tonorum suum canticum ob devictum Sisaram Chanaanorum Ducem: Cantet gloriose Maria foror Moysis ob submersum Pharaonem: Canticum edat Anna mater Samuelis ob conceptum post sterilitatem. Longè eas eminet Maria hoc suo cantico, quia longè excellit hoc beneficium. Omne aliud canticum antiquum est; hoc novum novo spiritu de promptum ob beneficium & victoriam omnes alias superantem, & liberationem populi Dei. Omnesque mulieres quae cantica ediderunt, Mariae hic canentis non nisi figuram gesserunt.

Nec mireris Mariam hic præter morem suum silentium abruptissè, auditam enim salutatione Elizabeth, quae Matrem Domini appellavit, quae beatam prædicavit, quae fide fortem laudavit, quae infantis exultationem publicavit ad ejus vocem factam, non amplius tacere poterat divina dona quae perceptorat; & quae virginali pudore acceptum oraculum tegebatur silentio jam congruo tempore patefecit. Gratissimus ejus animus tantis beneficiis exornatus, cum vidit illa per Spiritum Sanctum dictata, & per Elizabetham pronuntiata, non debebat intra zelare claritatem coelestis flammæ, quae corpus & anima inus ardebat. Erumpit ergo in vocem exultationis & gratiarum actionis ne ingratitude aut silentio obstruat fontem divinæ misericordiae, coelestisque gratiae.

Sed ponderemus singula verba, sunt enim mysterijs gravis, per illam enunciata quam Spiritus Sanctus replevit. Sub singulis verborum horum folijs latet mel devotionis, sub exteriori cordice laret medulla perquam suavis. Excitiamus ergo folia, corticemque discendamus.

Primo, cum dicit: Magnificat anima mea Dominum, idem est, ac si dicat: O Elizabeth, tu me magnificas ob dona coelitus mihi communicata, tu beatam me pronuncias, & super omnes benedicta: ego verò de his omnibus nihil mihi arrogo, sed totum in Deum Auctorem horum donorum refero. Rivulos gratiae & benedictionis in me plenissime fluentes fonti reddo, ut fluere perirent. Ideo non solum voce & lingua, sed & totius animæ intimis affectibus illi gratias ago, illumque magnifico & glorioso, altè & magnificè eum prædico, in ejus laudes me totam effundo. Sciebat Maria scriptum: Glorificantes Dominum quantumcumque poteritis, supererubescit enim adhuc. Et admirabilis magnificentia ejus: Reverentes Dominum exultate illius quantum potestis, major enim est omni laude; ideo quodammodo nobis dicit: Magnificate Dominum meum, & exultate, &c. Sciebat quoque quod uberior gratia illis obvenire solet qui grato animo gratiam accipiunt, quodque dum grata recordatione agnoscunt donatorem, illum ad majorem claritatem astringant. Sciebat denique, in injuniam

redundare auctoris, se se tumidè extollere de ejus donis; hoc enim est propter. Solum sibi assurgentem Lunamque clarè incidentem sculari manum suam ore suo, quae est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum.

Secundo, cum dicit: Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, idem est, ac si dicat: Tu alicui, o Elizabeth cognata charissima, infantem tuum ob meam vocem in utero exaltasse; spiritus autem meus longè magis exultat in Deo salutari meo, quia exultationis causam in visceribus meis gesto. Illam porto, illum glorifico, in illo exulto, qui vocat, sanctificat, salvat ab utero. Verè hæc exultatio in Maria longè superavit & sublimior fuit exultatione Ioannis; quia ejus anima & spiritus quodammodo absorbebantur in abyssu divini amoris, divinique Bonitatis. Quapropter B. Rupertus Cant. i. sic de Virgine loquitur: O beata Maria, inundatis gaudijs, cui amoris, torrens voluptatis totam te operuit, totamque obstruit, & sensisti quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Futuræ nempe gloriæ quædam fuit inchoatio in hac exultatione Mariæ. Si Israëlita tantopere exultantem captivitatis suæ reversione, ita ut dicant: Tunc repletum est gaudio os nostrum. Et lingua nostra exultatione: Magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus lacantes, quanto magis exultavit Maria novum de promptens canticum, cum jam Dominus inciperet convertere captivitatem mundi, & redemptionem inchoaret in sinu ipsius? Doct nos hic interim Maria, in quo consistat vera exultatio & lætitia: non in bonis utique hujus sæculi, non in possessionibus, non in honoribus, non in voluptatibus & vanitatibus, sed in Deo salutari nostro, sive in illo, cui possumus dicere: Deus, Deus salutis meae. In illum debent omnes animæ vires intendere, in illo exultare, illum magnificare, intellectus excellentiam contemplando, memoria ejus beneficia recolendo, voluntas in ejus amorem se totam effundendo; denique lingua & vox ejus laudes decantando, & tota ipsa vita omne momentum, in ejus honorem impendendo. In quo enim magis exultandum est, quam in eo qui est salus, redemptio, felicitas, vita, gloria nostra in tempore & in æternitate?

Tertio cum dicit: Quia respexit humilitatem ancillae suae; non tam hic accipienda est humilitas ut virtutem significat, quam ut significat exiguitatem & vilitatem, quomodo Christus dicitur reformaturus corpus humilitatis nostrae, hoc est corpus nostrum vile & ignobile; non enim videtur Virgo humilitatem suam prædicare, cum id non sit humilitatis. Idem ergo est, ac si diceret, oculus suus plenissimos misericordiae & bonitatis dignatus est in me abjectam ancillam conjicere, tanto magis obstringor eum magnificare. Vnde Interpret Graecus sic habet: Quia ego sum ad tantum officium? Iste respexit, non expectavit; humilis enim eram & abjecta, nunc a terra in caelos transiit, & ad arcana

Psalm. 3.
Exod. 15.
Judic. 13.
1 Reg. 2.

Psalm. 43.
Psalm. 33.

Psalm. 3.

Psalm. 122.

Psalm. 3.

Psalm. 3.

in ministerium trabor. Agnoscit ergo Ma-
ria videntem suam & indignitatem, & eam oppo-
nit divine magnitudini, quasi dicat: Cum adeo sit
magnus, adeo abjectam respicere non est dedigna-
tus. Sic ergo agnoscit vilitatem, non prædicat
suam humilitatem, quæ sola inter virtutes seip-
sam ignoscit, & qui solet eam prodere, solet eam
perdere. Vult indicare, se non suis meritis Ma-
træ esse fam, sed tanto fuisse indignam bene-
ficio.

Qualis
humilitas
Dei
in Mt. V.
respexerit.

Gen. 4.

Inerim verum est, Deum virtutum humilitatis
in virgine MARIA respexisse, sicut & super-
biam in primæva Eva despexisse. Placuit Deo, quod
in foemina sexu tantam humilitatem invenit, &
quo initium superbiae humano generi superveniens
totam massam corrupit, inquit Rupertus Cant. 1. Res-
pexit ergo eximiam hanc Virginis humilitatem,
& approbavit, sicut dicitur respexisse ab Abel, & ad
mysteria ejus: eodem enim teste Ruperto, Humili-
tas Virginis Deum unice delectavit, velus sua vis-
sus odor, qualis de nullo unquam spiravit, vel spi-
rare potuit sacrificio. Factor autem superbiae eam
ostendit in Eva, ideo ei displicuit, eamque de-
spexit cum tota progenie; sed tandem placatus
est, & e coelo attractus humilitatis odore è
corde Virginis spirante. Unde illi (interprete S.
Bernardo) convenit illud: Dum esset Rex in accu-
bita suo, nardus mea dedit odorem suum. Audi
Bernardum: Bonus humilitatis odor, qui de hac val-
le plorationis ascendens, perfusus circumquaque vo-
catis Regionibus, ipsum quoque regnum accubitus
gratia suavitate respexit. Quid est accubitus Re-
gis, nisi cor vel sinus Patris? Dum ibi esset Filius,
odore virginis humilitatis attractus & delectatus
descendit in uterum Virginis. Virgo igitur re-
spexit suam indignitatem, Deus respexit Virginis
humilitatem: Ad quem respiciam, nisi ad humilem
seruè?

Cant. 1.
Ber. ser.
41, in
Cant.

Isa. 66.

Quartò, dum dicit: Ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes. Vox est admirantis divi-
nam erga se magnificentiam, simulque prophetice
prænantians, quid posteroribus sæculis sit futu-
rum. Verè enim accepto per universum orbem E-
vangelio, quorquor ex universis populis & linguis
fuerit nationes, beatam prædicaverunt illam, cu-
jus Deus humilitatem respexit, quam in Matrem
Redemptor elegit. A solis enim ortu usque ad oc-
cassum nomen eius quasi cordibus Fidelium est in-
scriptum, ejusque memoria quasi melia ore est,
melis in aure, jubilus in corde.

4.

Unde & hoc adverte, ex quatuor primis genera-
libus Concilij: totius orbis, omniumque nationum,
quæ S. Gregorius veneratur tamquam quatuor E-
vangelia. Primum Concilium Nicænum congrega-
tum fuisse pro defensione honoris Patris ac Filij,
ad tuendam scilicet Patris ac Filij consubstanti-
alitem & æqualitatem contra Arium: Secun-
dum, ad tuendam Spiritus Sancti Divinitatè con-
tra Macedonium, scilicet Constantinopolitanum Ter-

tiam Ephasinum, ad tuendam Matris Dei dignita-
tem contra Nestorium, ubi multa de laudibus Vir-
ginis dicta sunt, & beatam tunc eam proclamave-
runt totus orbis nationes, sicque & ibi adimpleta
fuit MARIA propheta. Sed adhuc illa quotidie
adimpletur ab Oriente usque ad Occidentem, à
Meridie usque ad Septentrionem, dum ejus laudes
resonant etiam ignotis antea populis, Indi, Iapones,
Sinx, & alij remotissimi. Sed numquid singulis sæ-
culis in honorem Virginis Basilicæ eriguntur &
Oratoria, Congregationes, Sodalia, Ordines Re-
ligiosi? Altariaque & Imagines visitantur magno
populorum concursu, ubi illustria omnia toto ra-
diant miracula? Ergo merito pronunciat MARIA:
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatio-
nes. Neque verò solum generationes terræ eam
benedicunt, sed etiam generationes cœli, hoc est
Angeli & electi omnes, item & generationes quæ
sub terra sunt, quæ in purgatorij locis anime de-
gunt, eam beatam dicunt: ad eam enim respici-
unt, sive qui in cœlo, sive qui in terra, sive qui sub
terra sunt, qui per eam benedictionem consequuntur
beata prædicant ejus viscera, quæ portaverunt
æterni Patris Filium; ejus ubera, quæ lactave-
runt Christum Dominum, ejus brachia, quæ toties
amantem puritatis amore sanctissimo sunt com-
plexa.

Multi alij eam maledicunt, qui sunt de semine
Draconis habentis os apertum ad blasphemandum
contra Deum & tabernaculum ejus. Quod est
Dei tabernaculum, nisi MARIA, in qua filius Dei
requievit. Hanc Draco infernalis blasphemavit,
hostis perduellus. Ipse paratus est ad devorandam
hanc mulierem stellis coronatam, ex ore flumen
blasphemiarum emittens ad absorbandam eam,
hoc est ad absorbandam ejus laudem toto orbe re-
sonantem De ejus sub semine hæretici, qui Bullium
laudes ejus honoris, quo adorantur per Filias Sion, ab
ea auferre conantur. At non mirum, si non parcent
Virgini, qui non parcent Virginis Filio multa
blasphemantes de eo. De his conqueri potest. Filij
mei pugna verum contra me. Filij enim sunt Eccle-
siae per baptismum, & pugnant contra Matrem
suam, contra Ecclesiam & contra MARIAM. O ge-
neratio spurca & maledicta! Generatio, quæ Patri
suo malevolens, & quæ Matri suæ non benedicit, quæ
Deum facit peccati auctorem, & Matris Dei impe-
dit benedictione: Generatio, quæ suos misera videtur,
& non est laeta à sordibus, dum per externam & impu-
tativam justitiam ac specialem fiduciam se justi-
ficari putat: Generatio, quæ excelsi seculi & palpebra
erecta, quia superbia mater est hæresis, & tamquam
fumus putei semper ascendens obicere conatur
Solem & Lunam, Christum & Virginem, Deum &
Ecclesiam. Generatio, quæ pro densione habet gladios,
& commendavit molibus suis ut comecat vires de
terra; quæ gladio lingue omnia sacra concidit,
& auditorum animas simplices veneno suo
inficit.

Apoc.

Cant. 5.

Cant. 5.

Wid.

Wid.

Qui-

Quintò, dum dicit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus*, rationem redditur cur beata sit appellanda, ob mysterium scilicet incarnationis, quod in eius utero est perfectum; ex quo innumera sequuntur Dei magnalia & mysteria, est enim illud origo & radix aliorum mysteriorum. Et quia in isto mysterio relucet potentia & sanctitas Dei adoranda, ideo dicit ab illo peractum esse qui potens est, & cujus nomen factum est: verè enim Dei perfectionis in hoc opere admirabiliter relucet, & maximè potentia & misericordia, bonitas & sanctitas. Hinc cum illud commemorat Ecclesia sancta, cum Angelis & Archangelis, cum Cherubim & Seraphim, cum Thronis & Dominationibus, aliisque cœlestibus choris inclamat: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, pleni sunt cœli & terra gloria tua, O Sanna in excelsis, Benedictus qui venit in nomine Domini, O Sanna in excelsis*. Quia ergo hoc mysterium incarnationis, per quod reddebatur Mater Dei, ab omnipotenti manu procedebat, & ad animarum sanctificationem ordinabatur, ideo illud in se perfecte asserit illum qui potens est, cujus & nomen sanctum est, & propter hæc mirabilia in sæcula sæculorum sanctificandum dicit ac glorificandum. Vis autem in particulari videre, quam magna fecerit Dominus cum MARIA.

Magna
qua Do-
minus cum
Maria fe-
cit.

1. Ab æterno eam prælegit, ut esset Filij sui Mater.
2. Oraculis figurisque plurimis eam præsignari voluit.
3. Ab originali peccato misericordè præservavit.
4. Ab omni etiam macula veniali custodivit.
5. Spiritu Sancto abundantissimè replevit.
6. Matrem effecta & Virginem reliquit intemeratam.
7. Felicem ei partum sine dolore contulit.
8. Lac de cœlo suppeditavit, ut lactaret Angelorum Regem.
9. Morientem à corruptione & fetore fecit immunem.
10. In corpore & anima eam in cœlum assumpsit.
11. Et eam exaltavit super omnes choros Angelorum.
12. Eam effecit Portam, per quam homines cœlum ingrederentur.

Hæc sunt pauca inter innumerabilia magnalia, quæ Deus operatus est in Virgine nostra, quæ & nos ad laudem debent accendere, quia propter nos hæc operatus est Deus, ut in fructum & salutem nobis cederent. Ipsa ergo tanquam Præcentrix cecinit, ut & nos corda & voces conjungeremus admirantes hæc magnalia, & Deum ob id glorificaremus cum ipsa, & per ipsam, laude perpetua. Nam & hæc ejus laudatio in Deum resusa non peribit, sed perennabit, quia etiam nunci ipsa agnoscit, & dicit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus*.

Fecit mihi magna in prædestinatione, in capite

Tomus II.

libri scribens de me, nomen ibi meum inscribens.

Fecit mihi magna in conceptione, dum me Mater sterilis speciali benedictione concepit.

Fecit mihi magna in nativitate mea, dum cœlitus mihi nomen imposuit, & Angelorum obsequium dedit.

Fecit mihi magna in præsentatione, dum in suam me tutelam & singularem favorem, cum virginis voto suscepit.

Fecit mihi magna & stupenda in Angelica annunciatione, dum me Dei Matrem constituit.

Fecit mihi magna in Elizabethæ cognatæ visitatione, dum per vocem meam Joannem sanctificavit.

Fecit mihi magna in sua nativitate, dum cœlesti me luce circumdedit, & Angelico cantu agnoscii voluit.

Fecit mihi magna in purificatione, dum Simeonis & Annæ laudibus honoris me & filium meum pro palavit.

Fecit mihi magna in Egypto, dum idola & eorum oracula contrivit.

Fecit mihi magna in sua resurrectione, dum primò mihi apparuit, & meas lachrymas absterxit.

Fecit mihi magna in ascensione, & Spiritus Sancti missione, dum me Matrem omnium fidelium illuminavit & accendit, ut omnium etiam Doctrinæ efficeret.

Fecit mihi magna in morte, dum corpus mox & animam assumens super omnes Angelicos ordines exaltavit.

Fecit mihi adhuc quotidie magna, dum mea intercessione captivus redemptionem, æger consolationem, peccator peccati remissionem, justus gratiæ accretionem concipitur, dumque innumera propter me patrat miracula qui potens est, & sanctum nomen ejus.

Nemo ergo dubitet, illam multa posse apud Filium, qui tot magnalia in illa operatus est, & adhuc Quondie operatur. Quapropter S. Anselmus lib. de excellentia Virginis c. 12. sic eam deprecatur: *Regamus te, Domine, per ipsam gratiam, quæ te pius & omnipotens Deus sic exaltavit, & omnia secum possibilia esse donavit, quatenus id apud ipsum nobis impetres & obtineas, ut plenitudo gratiæ quam meruisti, in nobis sic operetur, quæ participium beati præmij nobis misericorditer quandoque condonetur. Nempe abdat Dei potentia per Virginem in electos tuos: & qui virtuti Virginis detrahit, idem Dei potentia derogat, cum eam elegerit, & tot gratijs exornavit, feceritque ei Dominus magna qui potens est.*

A Specialibus in se collatis donis, ad generalia erga humanum genus tum beneficia, tum judicicia sermonem convertit MARIA. Quasi dicat: Non soli mihi facit magna qui potens est, sed in omni gente & progenie, qui times eum, & operatur justitiam, acceptus est illi.

PARS II.

Explicatur hic 2. pars Cantici Marie.

FINIS

in Maria Dei misericordiam predicat.

Primò igitur misericordiam Dei predicat, dum dicit: *Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Elucet nimirum divina misericordia in sui diffusione, quia in omnes generationes, & in omnia exundat sacula, & adest religiose se colentibus hoc est quod dicitur, *Timentibus eum.* Quapropter rectè attribuius misericordiae Dei admirabilem longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profunditatem.

Misericordia Dei longitudo Psal. 102.

Longitudo eius in hoc consistit, quod sit aeterna, prout Psalmista testatur: *Misericordia Domini ab aeterno usque in aeternum super timentes eum.* Ex eo tempore quo Deus est, misericordia eius erga nos est, & in aeternum perdurabit; & ita sine principio est & sine fine. Decevit enim ab aeterno nos de miseria damnationis liberare, & aeterna felicitate beatè: *in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui.* Quasi dicat: Ab eo tempore quo Deus sum, & quo me dilexi; te quoque adamavi, & miserus sum tui; non ergo me, si & ego reposito amore tuum ab eo tempore quo homo es, & quo potes amare, amoreque amorì rependere. Propterea tam saepe nos invitat Propheta & Rex ad gratitudinem, & hujus misericordiae adeo diffusae considerationem: *Consitemini Domino, inquit ipse, quoniam in aeternum misericordia eius.* An non hoc ipsum vigetis & sepius repetit Psalm. 137. per singulos versus?

Jerem. 31.

Psal. 137.

Latitudo.

Latitudo consistit in eo, quod se extendat ad omnes homines, ejusdemque status sint aut conditionis, cujuscumque sub caelo nationis, qui timent eum, hoc est, qui eum colunt & adorant. Omnia utique beneficia, quae olim ante legem, & sub lege, & quae tandem post Christi adventum obvenierunt, misericordiae divinae adscribenda sunt. Incipite à primo homine. Cur mox à peccato divina eum non absorberet vindicta? Nostit hoc misericordia, expectans ad poenitentiam. Quid Noè à diluvio, Loth eripit ab incendio? Nonne haec ipsa misericordia? Quis liberavit Abraham ab Ur Chaldaeorum, & ab eorum illatum igne? Quis Iacobum à furore Esau, Ioseph à carcere? Quis populum ab Aegyptiaca servitute, aut à Babilonica captivitate? Divina certe misericordia. Sed in Christi incarnatione, cujus fructus copiosissimus diffusus est in omnes progenies, qui magis elucet quam divinae misericordiae latitudo? *Misericordia Domini plena est terra Deus, qui dives est in misericordia; cum mortui essemus peccati, convulsit nos in Christo,* inquit Apostolus. Merito ergo MARIA Prophecia cecinit (hanc scilicet divinae misericordiae latitudinem gravissima mente considerans): *Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.*

Psal. 32.

Ephes. 2.

Sublimitas 24.

Sublimitas hujus misericordiae consistit in sublimibus donis & beneficiis, quae ab illa procedunt dam per hanc misericordiam sublevamur ad excellentem dignitatem Filiorum Dei, & ad aeterni honoris & gloriae sublimitatem. Haec est enim misericordia, quae praedestinat, vocat, justificat, tan-

demque glorificat & coronat. *Benedic anima mea Domino, qui coronat te in misericordia & misericordibus,* ait Psautes. Psal. 102.

Profunditas denique misericordiae hujus elucet in profunda Dei ipsius humilitatione, dum miseris nostri suscipit nostram naturam. Elucet quoque in profundis mysteriis, quae nobis exhibet misericordiae hujus symbola, maxime in sacramento Eucharistiae, fonte profundissimo misericordiae. Denique & in abyfso incomprehensibili misericordiae, per quam omnia vertit in bonum nostrum, afflictiones, tentationes, miseriae, imò & ipsa peccata. *Confiteantur ergo Domino misericordia eius, & mirabilia eius erga filios hominum, quia verè Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Psal. 106.

Sed sicut divina misericordia admirabilis habet dimensiones, sic & MARIA Deipara misericordia easdem habet sibi communicatas; quia per ipsam Dei misericordia diffunditur à progenie in progenies super timentes eum. Vnde haec de re sic dicit S. Bernar. *Quis misericordia tua, à benedicta, longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum quærit investigare?* Postmodum has explicans in particulari dimensiones sic subjicit: *Longitudo eius usque in diem novissimum invocantibus eam, subvenit universis. Latitudo eius respicit orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sublimitas eius circuitus supernae attingit resurrectionem. Profundum eius sedentibus in umbra mortis obviat redemptionem. Per te caelum repletum, infernus evacuatus, instaurata ruina Jerusalem, misera data vita. Sicut ergo MARIA de Domino canit: *Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum;* sic & de ipsa nos canere possumus: *Misericordia eius à progenie in progenies invocantibus eam.**

Secundo decantat MARIA divinam potentiam, quam ostendit Deus, tum adversus daemones superbos tum etiam adversus Iudaeos nimium tumidos & elatos: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui: Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Per brachium suum hoc est per Filium incarnatum. Pater aeternus daemones confendit, dispersitque cogitationes cordis superborum illorum spirituum, sive ipsorum confilia & machinationes efficiens ut alium longè fortientur exitu quam cogitant. Solet in laicis eloquijs Filius Domini Brachium nominari, sicut & Spiritus sanctus dicitur. *Digitus Dei;* quia sicut brachium à corpore promanat, ita & Filius à Patre procedit, & sicut digitus à corpore & brachio, ita Spiritus sanctus à Patre & Filio, inquit S. Hieronymus in cap. 52. Itaque. Denique quia Pater per Filium potentiam & fortitudinem suam ostendit, sicut homo robur suum per brachium extendit. Dicitur & Verbum incarnatum Brachium ratione humanae naturae, quae est velut organum conjunctum Dei, sicut brachium est organum conjunctum hominis; & sicut homo per brachium tanquam per instrumentum.

Profunditas.

Psal. 106.

2. Decantat potentiam decantat.

Brachium quid hoc significat.

mentum conjunctum operatur; ita Verbum divinum operabatur per humanam naturam sibi copulatam, potentie sue miracula.

Ps. 52. Ipsi gigitur convent illud Hæie: *Consurge, consurge, invidere fortitudinem brachium Domini; consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus saculorum. Nunguid non percussisti superbam, vulnerasti draconem? Nunguid non tu siccasti mare, aquam abyssus vehementis, qui profundum maris viam posuisti ut transiret liberati? Vocat Propheta Pharaonem Superbum, quia nolebat Dominum agnoscere vocat & Draconem, quia meus est in aquis, & percutus à brachio Domini, Israelitico populo per mare traducto, & in libertatem asserto. Invitat ergo brachium Domini, hoc est Filium Dei, ut sicut antiquis id fecit temporibus, ita nunc exurgat quoque, & innovet signa, immutet mirabilia, illumque qui est Rex super omnes filios superbia, simulque Draco antiquus, confundat, conterat, plectat & evincat, liberando populum de ejus tyrannide.*

De quibus superbis hic M. V. meminit. vii.

Ps. 1. Hoc prævidens futurum MARI A, tanquam Prophetissa dicit in præterito pro futuro; *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos; omnia enim hæc ante oculos ejus observabantur, & licet futura adhaererent, erant tamen ei tam certa, quam si jam fuissent. Quamvis & ad præteritum id referre liceat, quando Lucifer superbiæ Princeps dicens ab initio, Ascendam in caelum, & similis ero Altissimo, dejectus est cum suis complicitibus in profundum inferni, postmodum adhuc egrediens cum consensione à Christo ex animabus & corporibus hominum, tanquam à brachio virtutis divinx.*

Job. 41. Potest quoque id de superbis Iudæis intelligi, quos in lege, & in templo in sacerdotio suo gloriante, per omnem dispersit Regionem vagos vilescere. Vbi in ne sacrificium & Sacerdotium de tribu Levi ubi templum? ubi regnum & sceptrum? ubi lex cum suis caeremoniis, in quibus adeo gloriabantur, ut dicitur Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini? Nihil horum omnium eis relictum est, nisi feces aliquæ & reliquæ immundæ. Certe Propheta nobilis de eorum genere vocat eos *Fæces*, dum dicit: *Fæces est, ut sis milia servus ad sacrificandas tribus Iacob, & fæces Israel convertendas, desit te in lucem gentium.* Sc. Fæces vocat, quia velut sordes & feces fetidæ aspersæ sunt super terram, ab omnibus vilipens & conculcati. Fæces quoque vocat, quia de omnibus prærogativis olim à Deo concessis nihil eis residuum est, nisi reliquæ quædam fetidæ dicente eis Domino, *Projeci à me sterens solemnitate vestram.* Ergo ipsi modò attendere deberent ad lucem Evangelij, & ad servos milfos ad sacrificandas tribus Iacob, & convertendas fæces Israel dispersas. Sic & de ipsis prædixerat Rex & Propheta: *Disperge illos in virtute tua, & desine eis protektor meus Domine.* Ad quem verum Prophetæ & Parentis sui videtur alludere hic MARI A,

Ps. 109. Dum canit eos dispergendos & deponendos de sede Hunc autem locum Davidis fusè interpretatur Augustinus de Iudæis.

Potest quoque universim de omnibus superbis MARI A vox intelligi, quia generaliter verum est, quòd superbiorum & arrogantium machinationes & consilia, quasi turbine atreptas paleas, huc illic dispergit Deus, & eos confundit tandem, imò & e culmine superbiæ deturbat. Sic pronuntiatur apud Job: *Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.*

Quid superbis Aman, & maligna consilia moliris contra Mardochæum? Disperdet Deus tumidas cogitationes cordis tui, & deponet te de sede honoris, exaltans humilem Mardochæum.

Quid vobis arrogatis, o Chore, Dathan, & Abiron, & superbo consilio contemnitis Moysem & Aaron? Ipsi propter humilitatem & mansuetudinem coram Deo & populo exaltabuntur; vos autem terra cum familiis absorbebit in pœnam superbiæ & inobedientie.

Quid ita exaltas cor tuum, o Nabuchodonosor, contra Deum? Deponeris de sede, & folio, ac cum belluis ejicieris, ut iniritur bovis fenum comedas.

Quid blasphemias per superbiam, o Sennacherib! Dissipabuntur omnia tua consilia, & funesto fine interibis, & filii in templo Dei tui interemptus. Quid exaltaris, o Holofernes? Caput tuum mulier humilis amputabit, & confusionem tibi inducet, eamque qui potens est, exaltabit, quoniam non potest falli illa Prophetæ sententia: *Populum humilem salvum facies; & oculos superbiorum tu humiliabis.* Nec illa: *Radices gentium superbiorum arefaciet Deus, &c.* Quod multis exemplis posset demonstrari, five de Tyrannis, five de Hæreticis, five de Iudæis, aut aliis quantumlibet potentibus loquamur.

Sic & illud quod sequitur: *Esuriemtes implevis bonis, & divites dimisit inanes,* potest intelligi de demonibus, qui conditi fuerant in deliciis & divitiis, quorum læco homines pauperes & nudos vacuosque omnibus bonis adsumpsit. Potest & intelligi de Iudæis, qui scripturis, lege, sacerdotio, sacrificio divites se jactabant, quos inanes & vacuos è domo sua eiecit, loco verò eorum Gentiles, verbo Dei, cognitione mysteriorum, doctrinâ sacrâ, gratiâ cœlesti replevit, ac pane Eucharistico, qui antea erant inopes & famelici. Similiter & id verum est de hæreticis & infidelibus, qui scientiâ instantur sine charitate, apparentiaque habent tantum Sacramenta, & speciem quandam verbi divini, non veritatem. Vnde tandem inveniunt se vacuos & inanes, vanis & imaginariis scripturarum interpretationibus se pascentes, quæ non nisi sunt filiquæ prodigi, non satiantes. Atque ipsi decepti à spiritu mendacii se putant divites, antiquis Ecclesiæ Patribus sese anteferentes, sed verè vani & vacui sunt, fursure non frumento se pascentes, tandemque agnoscent quam inanes fuerint & insipientes,

Ps. 109. Dum canit eos dispergendos & deponendos de sede Hunc autem locum Davidis fusè interpretatur Augustinus de Iudæis.

Potest quoque universim de omnibus superbis MARI A vox intelligi, quia generaliter verum est, quòd superbiorum & arrogantium machinationes & consilia, quasi turbine atreptas paleas, huc illic dispergit Deus, & eos confundit tandem, imò & e culmine superbiæ deturbat. Sic pronuntiatur apud Job: *Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.*

Quid superbis Aman, & maligna consilia moliris contra Mardochæum? Disperdet Deus tumidas cogitationes cordis tui, & deponet te de sede honoris, exaltans humilem Mardochæum.

Quid vobis arrogatis, o Chore, Dathan, & Abiron, & superbo consilio contemnitis Moysem & Aaron? Ipsi propter humilitatem & mansuetudinem coram Deo & populo exaltabuntur; vos autem terra cum familiis absorbebit in pœnam superbiæ & inobedientie.

Quid ita exaltas cor tuum, o Nabuchodonosor, contra Deum? Deponeris de sede, & folio, ac cum belluis ejicieris, ut iniritur bovis fenum comedas.

Quid blasphemias per superbiam, o Sennacherib! Dissipabuntur omnia tua consilia, & funesto fine interibis, & filii in templo Dei tui interemptus. Quid exaltaris, o Holofernes? Caput tuum mulier humilis amputabit, & confusionem tibi inducet, eamque qui potens est, exaltabit, quoniam non potest falli illa Prophetæ sententia: *Populum humilem salvum facies; & oculos superbiorum tu humiliabis.* Nec illa: *Radices gentium superbiorum arefaciet Deus, &c.* Quod multis exemplis posset demonstrari, five de Tyrannis, five de Hæreticis, five de Iudæis, aut aliis quantumlibet potentibus loquamur.

Sic & illud quod sequitur: *Esuriemtes implevis bonis, & divites dimisit inanes,* potest intelligi de demonibus, qui conditi fuerant in deliciis & divitiis, quorum læco homines pauperes & nudos vacuosque omnibus bonis adsumpsit. Potest & intelligi de Iudæis, qui scripturis, lege, sacerdotio, sacrificio divites se jactabant, quos inanes & vacuos è domo sua eiecit, loco verò eorum Gentiles, verbo Dei, cognitione mysteriorum, doctrinâ sacrâ, gratiâ cœlesti replevit, ac pane Eucharistico, qui antea erant inopes & famelici. Similiter & id verum est de hæreticis & infidelibus, qui scientiâ instantur sine charitate, apparentiaque habent tantum Sacramenta, & speciem quandam verbi divini, non veritatem. Vnde tandem inveniunt se vacuos & inanes, vanis & imaginariis scripturarum interpretationibus se pascentes, quæ non nisi sunt filiquæ prodigi, non satiantes. Atque ipsi decepti à spiritu mendacii se putant divites, antiquis Ecclesiæ Patribus sese anteferentes, sed verè vani & vacui sunt, fursure non frumento se pascentes, tandemque agnoscent quam inanes fuerint & insipientes,

Ps. 109. Dum canit eos dispergendos & deponendos de sede Hunc autem locum Davidis fusè interpretatur Augustinus de Iudæis.

Potest quoque universim de omnibus superbis MARI A vox intelligi, quia generaliter verum est, quòd superbiorum & arrogantium machinationes & consilia, quasi turbine atreptas paleas, huc illic dispergit Deus, & eos confundit tandem, imò & e culmine superbiæ deturbat. Sic pronuntiatur apud Job: *Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.*

Quid superbis Aman, & maligna consilia moliris contra Mardochæum? Disperdet Deus tumidas cogitationes cordis tui, & deponet te de sede honoris, exaltans humilem Mardochæum.

Quid vobis arrogatis, o Chore, Dathan, & Abiron, & superbo consilio contemnitis Moysem & Aaron? Ipsi propter humilitatem & mansuetudinem coram Deo & populo exaltabuntur; vos autem terra cum familiis absorbebit in pœnam superbiæ & inobedientie.

Ps. 7.

Exempla superbiorum depostorum.

Ps. 119. Eccl. 10.



dum hi quos indoctos, idiotas, miseros & pauperes vocabant, & despiciant, bonis omnibus cumulatos fieri cogentur.

3.

Tertio: Tandem concludit MARIA, & dicit: Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiam suam: sicut locutus est ad Patres nostros Abraham & semini eius in secula? Quasi dicat: Ut ostenderet se misericordiam suam non esse oblitum, quam promiserat Patriarchis, Abraham & aliis, de Christo ex semine eorum nascituro, suscepit per incarnationis beneficium Israelis populum tanquam Pater filium & puerum suum derelictum, cui jam se specialem auxiliatorem ostenderet, & fautorem, & amatorem, & in promissam hereditatem infallibilem Ductorem. Solet appellare Israellem, sive populum Israelitam, non solum seruum suum, sed & puerum, & filium, per teneritudinem amoris. Hinc illud: Quia puer meus est Israel, dilexi eum, ex Aegypto vocavi filium meum. Suscipiens ergo ex illo populo carnem & naturam humanam, illum specialiter se amare ostendit, tanto sibi astringens federe: Nisquam Angelos apprehendit, semen Abraham apprehendit, tanquam manum porrigens jacenti vel tanquam labentem fulcians, ut posset dicere: Domine dextera suscepit me: Susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Exaltatus est enim populus Israel, si intelligere voluit, in eo quod ex eius semine Filius Dei carnem assumpsit, non ex alia natione: in eo quoque quod duodecim Apostolos ex Israelitis elegit, sicut & Virginem Deiparam, per quos salutem omnium procuraret: in eo denique quod per seipsum voluit eis predicare, dicens se non esse missum nisi ad oves qua perierant domus Israel. Quia hanc dignitatem noluerunt agnoscere, in locum eorum successerunt Gentes, sed tandem in fine saeculi, cum plenitudo Gentium intraverit, tunc Israel saluus fiet, & agnoscere dignitatem suam, suscipieturque rursus a Domino, tanquam puer a Medico, tanquam populus derelictus a Rege suo, tanquam filius a Patre, tanquam puer a Nutritio.

Ose. 11.

Job. 2.

Psal. 17.

Psal. 3.

Math. 19.

Rom. 11.

Sed quoniam per Israellem non solum intelligitur is qui secundum carnem, sed maxime is qui Israel est secundum spiritum, ut dicit Apostolus: dum suscepisse hic dicitur Israel puerum suum, omnes nos intelligimus qui fidem Israelis sequimur, qui Abraham semen & filij dicimur, in ipso benedicti qui Pater erat fidei: Nos ergo in carne sua suscepit recordatus misericordiam & promissionis factae Abraham, nostram naturam assumpsit, nos benedixit, nobis manum porrexit, nos in humeros suscepit, nos divinae adoptionis participes fecit, & haeredes regni. Ideo MARIA gantu suo ad gratitudinem nos excitare cupit, quod fiet, tot beneficia perpendendo, & cum qui suscepit nos adamando, donec possimus misericordiam eius in aeternum cantare.

Conclusio.

Impetra nobis gratiam, O MARIA, ut tecum valeamus magnificare Dominum, exultantes in

Deo Salvatore nostro, & te cum illo, & per illum, beatam predicare cum omnibus generationibus. Fac nos ex intimo corde agnoscere quanta fecit tibi Dominus propter nos, & adorare nomen sanctum eius, misericordiamque decantare, qua ad progeniem in progenies diffunditur tua intercessione. Denique, & hoc nobis impetra, ut finis de numero eorum qui humiliter de se sentiant, & coelestia dona esuriunt, simulque de Israel esse censentur, ad Dei visionem continuo aspirantes; ut tandem suscipiat nos Filius tuus recordatus misericordiam suam, & tuam, sicque impleat nos bonis, & exaltet ad solium & gloriam aeternitatis.

Exemplum.

Dei decantare laudes, de predicare potentiam misericordiam, sanctitatem. Quod a Maria edoctus eius devotissimus obiens S. Ioannes Damascenus, in Dei & Mariae laudes devotissima edidit Cantica, postquam respexit & visitavit eum Dominus ex alto, & per Mariae interventionem restitit ei dextram impiè amputatam, fecitque potentiam in brachio sancto impii Leonis Ilaurici Iconomachi instigatione exsecio, Res sic se habet.

Cum deliraret Leo Impugniens contra Imagines & earum cultores, Libellos epistolares propria manu scribat S. Ioannes Damasc. ad tutandum imaginum cultum contra Leonem rugientem, parabatque eos per Orbem, ut pios in doctrina secula confirmaret. Venit tandem in manus Imperatoris unus ex illis libellis propria manu Damasceni scriptis & signatis. Is non solum furore leonino percussus, sed & serpentina venustia praeditus, accessitque Notariis scribendi peritissimis, jubet ut imitentur exemplar epistolarum Damasceni, tam in characteribus, quam in stylo, quam fieri posset perfectè. Id ubi comperit à nonnullis fieri posse, jubet ab eis exarari epistolam quasi ad se scriptam & signatam à Ioanne Damasceno, qua urgebat Ioannes ut exercitum mitteret Imperatori, seque Vibem Damascenam, Agarenis tunc subditam, ipsi facillimo negotio traditurum, utpote praesidio destitutam. Hanc ipsam fraudulentam epistolam misit Imperator ad Principem civitatis Damascenae, ut Ioannem proditoris eum in discrimen vocaret. Haec epistolam accepta, Barbarus Princeps Ioannem accessit, epistolam exhibere suam manu scriptam & signatam, non posse inficiari asserit, cum nota esset factis manus & character ipsius. Ipse autem perlecta epistolam formas suis similes esse faceret, se tamen ignorare prorsus, nec quicquam ea de re unquam in mentem venisse, scire nihilominus, quod dolo, quaque ob causam haec adversum se fabricata forent. Interim nullum purgationis locum dans praedignatione Barbarus, jubet ei dextram amputari, & in foro suspendi. Cum autem advesperasset, sperans indignationem sedatam, legationem misit Ioannes ad eum, in haec verba: Dolor mihi ingravescit, & ex-crucians intolerabiliter, nec sublevari possum acerbi-

satis aculeis, quamvis preciosa mihi manus in acropendat. Hanc mihi donari jubens, ut homo eâ cordilâ, doloris acrimonia relaxetur. Cessit tyrannus precibus, redditaque est viro justo manus.

Hâc acceptâ, ipse in Oratorium domesticum ingreditur, promoque corpore ante imaginem Virginis MARIE provocatus, excisam manum pristina committitur ad movens, cum lacrymis ad ejus misericordiam hunc in modum recurrit: O Domina, & castissima Mater, que Deum meum peperisti, divinarum imaginum causa dextra mihi amputata est, scis enim quid Leonem in furoribus contra me consecravit. Ergo succurre, & manui mea medelam adhibe. Dextra excelsi, qua ex te incarnata est, tuâ intercessione, facit magna, quia potens est. Tuo itaque rogatu meam obsecro dextram sanet, ut tuas Filii, tui laudes & cantica literis consignet, atque orthodoxo cultui sit adjumento. Hæc cum lacrymis pronuntians, obdormivit. At in somnis imaginem Deiparæ videt, lævis oculis ipsum inuentem, ac dicentem: Ecce sanitati restituta est manus. Iam ergo eam scriba velociter scribentis calamum effice, juxta promissum tuum. Expectetis, cum sanata cognovisset, exultavit in Deo salutaris, ac ipsius Matre, quoniam fecit ipsi magna qui potens est, & superbum Leonem dispersit mente cordis sui, impium superbi cordis sui, & subinde mentis consilium irritum reddens. Tunc ergo utramque manum in caelum tollens, totâ nocte canticum novum Domino decantavit, dicens: Dextera tua Domine, magnifica est in fortitudine, dextera tua meam sanavit, ac per eam hostes, qui tuam genitricis MARIE imagines inhorant & effringunt, consinat ac confringet. Erat itaque illi nox ca, dies, & non nox; ac lumen, & non tenebræ, poteratque dicere cum Psaltes: Nox sicut dies illuminabitur. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Erat ibi vox epulantis, & sonus exultationis, vox salutis, & canticum laudis in tabernaculo viri iusti; quem admodum & in Tabernaculo Zachariæ resonabat canoræ vox Elizabeth MARIE, in die visitationis divinae.

Ex vita S. Damasceni c. 12. & 14. apud Sav. Psal. 138.

IN FESTO S. BONAVENTURÆ.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Ioan. 5.

14 Julii. Lect. 3. tripart. 4.

Pars I. Quomodo luxerit in statu prius rebus legioni.

Qui ab infantia offeruntur Deo per pietatem sinceram parentum, speciale solent consecui benedictionem; celestemque gratiam nanciscuntur per varietates ætatum eos manducantem, & protegentem. Nempe pergrata est Deo talis oblatio, qui corda & ora parentum solet respicere, & filiorum corda & ora necdum profari valent coram ipso. Sic gratissimum fuit celo, quod S. Aletha, sive Alia, mater S. Bernardi, mox ut ipsum ac fratres suos partu ediderit, manibus propriis Deo obtulerit, & exinde eos tanquam rem sacram, suæ celestis depositam & consignatam custodiæ, pio affectu

respexit. Hæc enim fuit origo gratiæ sublecuræ, & conversionis à seculari vita Orbimandæ.

Sic etiam acceptum fuit Deo, quod S. Elzearium ea hora qua peperit mater, cum ferventi devotione & gratiarum actione obtulerit, dicens: Gratiarum ago Domine Deus pro hoc filio gratia tua mihi donato, rogoque ut eum tibi servum accipias, & tuâ benedictionis ei gratiam largiaris. Quod si tu nosti eum fore divina tua voluntati rebellem, ubi sacro baptisate erit candidatus, sine mora eum in medio tolle. Satis enim est eum innocentem, & nullis propriis autium meritis tecum vivere, & mundo emori, quâ in hac mortali vita te offendere. Gratissimam vero fuisse Deo hanc oblationem, fati probant divina sanctitatis indicia, quæ in Elzeario adhuc infante sunt observata.

Surius in vita ejus.

Similiter S. Gregorius Nazianzenus legitur mortuus à matre Deo fuisse oblatum; S. Maurus etiam Deo & S. Benedicto à Patre Eutichio, Adde S. Franciscum de Paula, S. Nicolaum de Tolentino, innumeratque alios, quorum progressum in sanctitate felicem per varias ætates celestis direxit gratia, in tuto paternæ vel maternæ pietatis, per quam primus ab infantia oblati fuerant.

His adnumeramus S. Bonaventuram, qui infans à matre Deo & S. Francisco oblatum fuit, dum in mortis ageret periculo. Vnde sanus effectus vocatus est Bonaventura. Rem sic enarrant Annales Minoritarum. Cùm quadriennis langueret ad mortem, nec ulla spes vitæ aut medicorum remedium superesset, pia mater precibus & meritis S. Francisci puerum commendavit, vovens si sanum reciperet eidem se oblatum, ejusque Ordini. Mœrentem consolatus S. Franciscus, pro puero oravit, & impetra vit, puerque repente sanus exiit. Quo repente gaudens mater miraculo, futuraque prophetans, patri dixit idiomate: O Bonaventura! Ac ei deinceps hoc nomen adhaesit, nam prius vocabatur Ioannes. Vnde in præsens codicibus inscriptum legitur: Fr. Ioannes Bonaventura. Sed cum Deo juvante omnia ei feliciter succederent, factum est ut communiter Bonaventura à Latinis & Italis ac à Graecis Eutichius id est, bone fortunæ, sive Fortunatus appellaretur. De hac re sic loquitur ipse S. Bonaventura in historia minore, quam de B. P. Franciscus scripsit: Voto pro me languente gravissimè, ad B. Franciscum misso à matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipso sum morus faucibus erutus, & in robur vita incolumis restitutus. Quod eum virâ memoria teneam, verâ nunc confessione profiteor; ne tantum beneficium retinens, sceleris arguar, ut ingratus. Ita ipse.

S. Bonaventura puer Deo oblatum à matre.

Præd. an. 1221. in Annal.

Vide Officium Minorum inf. Offic. Bonav.

Ex hac Matris oblatione, Deique cum Francisco acceptione, originem duxere tot gratiæ celestes in Bonaventuram profusæ. Sic de Francisco dicere possimus quod olim de Elia: Sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. Puerum viduæ Sareptanæ Elias verbo, id est, invocatione Dei

Eccl. 4.